



quoniam Sol suo cursu medio erat in 1. grad. 13. min. Arietis. In secunda consideratione, quæ fuit in anno 17. Adriani 4. horis æqualibus transactis à meridie diei 18. mensis Arthica, undecimi, scilicet, Saturnus erat per oppositum ad locum Solis medium in 9. grad. & 40. minut. Sagittarij. In anno autem 20. Adriani, Saturnus fuit in hac habitudine extremitatis noctis, in meridie diei 24. mensis Mesre, ultimi, scilicet, & uerus eius locus in 14. grad. 14. minut. Capricorni. Tempus itaq; quod à prima habitudine fluxit in secundam, fuit sex anni Aegyptij 70. dies, & 22. horæ æquales. In quo quidem tempore medius motus Saturni fuit 75. partes, siue grad. & 43. minut. Tempus uero à secunda habitudine ad tertiam fuit tres anni Aegyptij 35. dies, & 20. horæ æquales. Et medius motus Saturni in eo 37. grad. & 52. minut. Motus autem uerus eius in primo interuallo temporis fuit 68. grad. 27. minut. In secundo uero interuallo 34. grad. & 34. minut. His recitatis repetamus figuram, quæ superius lousi exarauimus. In qua cum angulus B D G notus sit, erit proportio D E ad E H nota.

arcum B G numeratum, fit igitur angulus E B D reliquus intrinsecus cognitus, & proportio B E ad E H scita. Cum itaq; tam D E quàm B E respectu E H habeat proportionem notam, erit B E nota respectu D E. Similiter ex angulo A D E, propter angulum A D G notum erit F E, respectu D E cognita. Est autem angulus A E D notus, propter arcum A B G notum, quare residuus E A D scitus. Et ideo proportio A E ad E F inuenta. Proportio igitur A E ad D E cognita ueniet. Dux itaq; lineæ A E & B E, respectu lineæ D E manifestam habent quantitatem, quare ipse inter se notæ erunt. Cum autem angulus A E B ex arcu A B sciatur, erit utraq; linearum A T & T E respectu A E cognita, unde & residua T B. Inde quoq; A B notificabitur. Est autem A B respectu diametri eccentrici nota, quoniam ipsa est chorda arcus A B noti, unde etiam omnes reliquæ lineæ hoc respectu patefient.



Sed angulus B E G notus est, propter

Propter lineam igitur A E chordam, scilicet, arcus A E, cognosceat arcus A E, quare totus arcus E A G notus erit cum sua chorda G E. Erat autem linea D E respectu A B cognita, quare etiam nota erit respectu diametri eccentrici, quæ quidem subtracta ex